

P R O L O G U S.

te, Lector, in nostram sententiam pellicere, sed rem totam
nudè & simpliciter ob oculos ponere, atque apodicticis ratio-
nibus demonstrare volui. Non movere, sed docere animus est.
Quamobrem etiam te adulatione nullâ, nullis blandiusculis no-
minibus, ut Scriptorum mos est, in hujus præfationis limine
demulcere, mihiique conciliare studui. Perinde enim est, sisne
candidus, an ater, cùm & aterrimum, imò acerrimum te ex-
optem. Mihi quippe pariter ac tibi in publicum prodit hoc
scriptum. Si enim demonstratam Veritatem agnoscas, id to-
tum in tuum cedet commodum; sin verò repudies, tuo id erit
damno; sin autem lapsum me fuisse deprehendas atque osten-
das, id mihi erit emolumento, ac te sic atrum fuisse gaudio.
Veritas namque sola atque unica est, ad quam heic collimo:
Hanc si non quæras ne perge, sin quæras audacter lege, per-
lege, relege, ventila atque examina, ac tandem

Vive, vale, &, siquid novisti rectius istis,
Candidus imperti; si non, his utere mecum.

ERRATA